Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

Item tymotheo scribit de exhortatione
martirii et omnis regule veritatis
et quid futurum sit temporibus novissi
mis et de sua passione scribens ei ab
urbe roma. Incipit epistola secunda ad Thymo
theum.

Paulus apostolus
Christi Ihesu
per volun
tatem dei se
cundum
promissio
nem vite
que est in Christo Ihesu. timotheo karissimo
filio. gratia. misericordia. pax a deo patre et Christo
Ihesu domino nostro. Gratias ago deo cui servio
a progenitoribus meis in conscientia pura. quod
sine intermissione habeam tui memori
am in orationibus meis nocte ac die.
desiderans te videre memor lacrimarum tu
arum ut gaudio implear. recordationem
accipiens eius fidei que est in te non fi
cta. que et habitavit primum in avia tua
loyde. et matre tua eunice. certus sum
autem quod et in te. Propter quam causam admoneo
te ut resuscites gratiam dei que est in te per
impositionem manuum mearum. Non enim dedit
nobis deus spiritum timoris sed virtutis et dilecti
onis et sobrietatis. Noli itaque erubescere
testimonium domini nostri. neque me vinctum
eius. sed collabora evangelio secundum virtutem dei
qui nos liberavit. et vocavit vocatione
sua sancta. non secundum opera nostra. sed secundum propo
situm suum et gratiam que data est nobis
in Christo Ihesu ante tempora secularia. mani
festata est autem nunc per illuminationem
salvatoris nostri Ihesu Christi. qui destruxit
quidem mortem. illuminavit autem vitam
et incorruptionem per evangelium in quo positus sum
ego predicator et apostolus et magister gentium. Ob
quam causam etiam hec patior. sed non confundor.
Scio enim cui credidi. et certus sum quia potens
est depositum meum servare in illum die(m).
Formam habens sanorum verborum que a me au
disti in fide et dilectione in Christo Ihesu. bonum
depositum custodi per spiritum sanctum qui habitat
in nobis. Scis hoc quod aversi sunt a me omnes
qui in asia sunt. ex quibus est phyletus et
hermogenes. Det misericordiam dominus onesifo
ri domui. quia sepe me refrigeravit et cathe
nam meam non erubuit. sed cum rome ve
nisset sollicite me quesivit et invenit. Det
illi dominus invenire misericordiam a domino in illa
die. Et quanta ephesi ministravit mihi. tu

Tu ergo fili II melius nosti.
mi conforta te in gratia que est in Christo
Ihesu. et que audisti a me per multos testes
hec commenda fidelibus hominibus qui ydo
nei erunt et alios docere. Labora sicut bonus
miles Christi Ihesu. Nemo militans deo im
plicat se negotiis secularibus. ut ei pla
ceat cui se probavit. Nam et qui certat in
agone. non coronatur nisi legitime certa
tur. Laborantem agricolam oportet primum de
fructibus percipere. Intellige que dico. Dabit
enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor
esto dominum Ihesum Christum resurrexisse a mor
tuis ex semine david. secundum evangelium meum in
quo laboro usque ad vincula quasi male
operans. sed verbum dei non est alligatum. Ideo
omnia sustineo propter electos. ut et ipsi sa
lutem consequantur que est in Christo Ihesu cum
gloria celesti. Fidelis sermo. Nam si commor
tui sumus et convivemus. si sustinemus et conre
gnabimus. Si negaverimus. et ille negabit
nos. Si non credimus. ille fidelis permanet. ne
gare seipsum non potest. Hec commoneo testifi
cans coram deo. Noli verbis contendere nichil